



22142963

**LATIN
HIGHER LEVEL
PAPER 1**

Candidate session number

--	--	--	--	--	--	--	--	--	--

Monday 5 May 2014 (afternoon)

1 hour 30 minutes

Examination code

2	2	1	4	-	2	9	6	3
---	---	---	---	---	---	---	---	---

INSTRUCTIONS TO CANDIDATES

- Write your session number in the boxes above.
- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Translate Text 1 or Text 2 in the boxes provided. Each text is worth *[175 marks]*.
- The use of dictionaries is permitted for this paper.
- The maximum mark for this examination paper is *[175 marks]*.



08EP01

Translate Text 1 **or** Text 2.

Translate into English the section of the text indicated between the asterisks. A translation of the rest of the text appears on the facing page.

Text 1

Cicero explains the conflicted feelings and obligations that influenced his decision to defend Publius Sulla.

quibus ego rebus, iudices, ita flectebar animo atque frangebar ut iam ex memoria quas mihi ipsi fecerat insidias deponerem, ut iam immissum esse ab eo C. Cornelium qui me in meis sedibus, in conspectu uxoris ac liberorum meorum trucidaret obliviscerer.

5 * quae si de uno me cogitasset, qua mollitia sum animi ac lenitate, numquam mehercule
illius lacrimis ac precibus restitsem; sed cum mihi patriae, cum vestrorum periculorum,
cum huius urbis, cum illorum delubrorum atque templorum, cum puerorum infantium,
cum matronarum ac virginum veniebat in mentem, et cum illae infestae ac funestae faces
universumque totius urbis incendium, cum tela, cum caedes, cum civium cruor, cum cinis patriae
10 versari ante oculos atque animum memoria refricare coeperat, tum denique ei resistebam, neque
solum illi hosti ac parricidae sed his etiam propinquis illius Marcellis patri et filio, quorum alter apud
me parentis gravitatem, alter filii suavitatem obtinebat. neque me arbitrabar sine summo scelere
posse, quod maleficium in aliis vindicasset, idem in illorum socio, cum scirem, defendere. *

atque idem ego neque P. Sullam supplicem ferre, neque eosdem Marcellos pro huius periculis
lacrimantis aspicere, neque huius M. Messalae, hominis necessarii preces sustinere potui.

Cicero *Pro Sulla* 18–20



Text 2

Orpheus, having summoned nature to hear his tale, sings of Jupiter's love for Ganymede.

ingemuit tristisque deus “lugebere nobis
lugebisque alios aderisque dolentibus” inquit.

* tale nemus vates attraxerat inque ferarum
concilio medius turba volucrumque sedebat.
145 ut satis impulsas temptavit pollice chordas
et sensit varios, quamvis diversa sonarent,
concordare modos, hoc vocem carmine movit:
“ab Iove, Musa parens, (cedunt Iovis omnia regno)
carmina nostra move! Iovis est mihi saepe potestas
150 dicta prius: cecini plectro graviore Gigantas¹
sparsaque Phlegraeis² victricia fulmina campis.
nunc opus est levioere lyra, puerosque canamus
dilectos superis inconcessisque puellas
ignibus attonitas meruisse libidine poenam.
155 rex superum Phrygii³ quondam Ganymedis⁴ amore
arsit, et inventum est aliquid, quod Iuppiter esse,
quam quod erat, mallet. nulla tamen alite verti
dignatur, nisi quae posset sua fulmina ferre.
nec mora, percusso mendacibus aere pennis
160 abripit Iliaden⁵; qui nunc quoque pocula miscet
invitaque Iovi nectar Iunone ministrat. *

te quoque, Amyclide, posuisset in aethere Phoebus,
tristia si spatium ponendi fata dedissent.

Ovid *Metamorphoses* 10.141–163

¹ Gigas, antis: giant (the sons of Earth and Tartarus against whom Jupiter fought)

² Phlegraeus, a, um: of Phlegra (the country in which the giants are said to have been struck by lightning when battling Jupiter)

³ Phrygius, a, um: of Phrygia

⁴ Ganymedes, is: Ganymede

⁵ Iliades, ae: Iliades (*ie* son of Troy)



Please **do not** write on this page.

Answers written on this page
will not be marked.



08EP06

Please **do not** write on this page.


Answers written on this page
will not be marked.



08EP07

Please **do not** write on this page.

Answers written on this page
will not be marked.



08EP08